



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones,  
Sev Svplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis  
diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac  
publicis Ecclesiae de causis in ...**

**Coloniae Agrippinae, 1640**

De Processionibus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9480**

# ESAGIAACONCEP DE PROCESSIONIBVS.

**P**rocessio , quasi progressio à procedendo in publicum. Duran. lib. 2. cap. 10. De cuius usu antiquissimo. Tertullianus lib. 2. ad uxorem rememorat, & Ambros. Sermones 8. Publicæ autem huiusmodi Sacræq; Processiones, seu supplicationes, quibus ex SS. Patrum instituto Catholica Ecclesia vel ad excitandam fidelium pietatem , vel ad Commemoranda Dei beneficia, eiq; gratias agendas, vel ad diuinum auxilium implorandum uti consuevit , qua pars est religione celebrati debent. Continent enim magna ac diuina mysteria, & salutares Christianæ pietatis fructus eas pie exequentes à Deo consequuntur; de quibus fideles præmonere & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.

Videant in primis Sacerdotes, alijsq; Ecclesiastici Ordinis, vt in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab alijs adhibeatur

A quæ

quæ pijs & religiosis huiusmodi acti-  
nibus maximè debetur.

Omnès decenti habitu, superpellī-  
ceis, vel alijs sacrī vestībus, sīne gale-  
ris; nīsi pluūia cogente, induti, graui-  
ter, modestē, ac deuotē bini suō loco  
procedentes, sacrī Precibus ita sīnt in-  
tentī, vel remoto risu, mutuoq; collo-  
quio, & vago oculorum aspectū, popu-  
lum etiam ad piē deuoteque precan-  
dum inuitent.

Laici à Clericis, feminæ à viris sepa-  
ratæ orantes prosequantur.

Præferatur Crux, & vbi fuerit con-  
fuetudo, vexillum sacrī Imaginibus in-  
signitum, non tamen factum militari  
seu triangulari forma.

Edendi ac bibendi abysmū, secum-  
que esculenta, & poculenta deferendi  
in sacrī Processionibus, agrisque lu-  
strandis, & suburbanis Ecclesijs visitan-  
dis tollere Parochi studeant: ac fideles,  
præsertim die Dominica, quæ proxi-  
mè Rogationes antecedit, quām hxc  
dedebeat corruptela, sa pius admone-  
ant.

Processiones prius fieri debent, de-  
inde

inde Missa solemniter celebrari; nisi  
aliter ob grauem causam interdum  
Ordinario vel Clero videatur.

Processiones autem quædam sunt  
ordinariæ, quæ sunt certis diebus per  
annum, ut in festo Purificationis B.  
Mariæ semper Virginis & in Dominica  
Palmarum, & in Litanijis maioribus in  
festo Sancti Marci, & in minoribus Ro-  
gationum triduo ante Ascensionem  
Domini, & in die festo Corporis Chri-  
sti, vel alijs diebus pro Consuetudine  
Ecclesiarum.

Quædam verò sunt extraordinariæ,  
ut quæ varijs ac publicis Ecclesiæ de  
causis in dies indicuntur auctoritate  
Episcoporum.

## DE PROCESSIONE in die festo Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis.

Completa benedictione & distributione  
candalarum ut in Missali reformato,

A - 2 fit